



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 43. Quidam Scriptores Acatoloci eodem anno mortui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. quo comprobatum reddidit, quod Oriens
A. C. 1653. tales sacram Synaxin sub una specie
 sumpserint,

§. XLIV.

*Quidam Scriptores A catholici eodem
 anno mortui.*

*Freher.
 Theatr.
 Erud.
 Wolff. Bibl.
 Script.
 Andr. Bibl.
 Bal.*

Posteritati commendatos sese inter suos
 reddiderunt ex Scriptoribus Aca-
 tholicis hoc anno denatis. I. Cælesti-
 nus Mylenta, qui acriori, quam de-
 cuisset, stylo infectatus est Rhatmanum,
 Bergium, Movium, aliosque, scripsit
 quoque tractatum de Theologiæ ha-
 bitu & præcipuis fidei articulis præter
 Collegium suum Theologicum super
 Corpus Doctrinæ Prutanicum. II. Mar-
 cus Boxhornius, qui Historiam sacram
 & profanam a Christi Nativitate us-
 que ad annum millesimum sexcentesi-
 mum quinquagesimum protraxit, ac
 insuper dissertationem edidit de typo-
 graphicæ artis inventione, Monumenta
 & elogia Virorum Illustrium, plura-
 que alia posteris reliquit. III. Joannes
 Reffenius, qui præter Philosophica e-
 didit opus de adoratione Sanctorum,
 annologiam sacram, Uranologiæ sacræ
 disputationes duas, Ideam boni Pasto-
 ris, Loyologiam sacram, pluresque ser-
 mones. IV. Wolfgangus Meyerus scripsit

psit fulcimentum gladii Christianorum **Sæc. XVII.**
 Principum de puniendis hæreticis & **A. C. 1653.**
 sectariis, aliumque librum contra adul-
 terinos pietistas, Lavacrum regenera-
 tionis sub typo Badensium Thermarum
 propositum, præter nonnulla alia. V.
 Joannes Weberus publici juris fecit
 suum Anti-Lampadium, sententiam
 Lutheri de doctrina Calvinianorum,
 desiderium Gentium, tractatum de fide
 & sanctificatione fidelium, necnon de
 auctoritate S. Scripturæ. Impugnabat
 quoque Gretserum, Enthusiastas &
 Weigelianos: exstat insuper ejusdem
 liber de vero usu Scripturæ, & contro-
 versis fidei. VI. Elias Ehingerus, qui
 typis vulgavit hymnos ecclesiasticos,
 librum de Infantum Baptismo, exer-
 citationes Augustanas, vindicias Lu-
 theri, quæstionem, an corpus S. Dio-
 nysii sit apud Ratisbonenses, vel Pa-
 risinos, judicia Jesuitarum de confes-
 sione Augustana, & quamplurimos al-
 ios ejusmodi tractatus. VII. Guiliel-
 mus Lyford edidit detectionem erro-
 rum suo ævo toleratorum, fundamenta
 Religionis Christianæ, auctoritatem
 circa res sacras, necnon Legatum ju-
 nioribus Christianis ad Sacramentum
 Eucharistiæ accommodatum. VIII. Chri-
 stophorus Scheiblerus scripsit tractatum
 de anima, librum axiomatum, theo-
 logiam

Sæc. XVII. logiam practicam per omnes articulos
A. C. 1653. fidei, disputationes de antiqua fide Ca-
 tholica & aurifodinam Theologicam.
 Hic idem Præco Lutheranus, dum
 Tremonix apud Westphalos vige-
 sima prima Novembris die in Lutheri
 sui honorem concionari decrevisset,
 priusquam cantilena ante concionem
 præcini solita absolveretur, ipse in Sa-
 cristia subsistens, inopina apoplexia cor-
 reptus est, moxque ibidem animam
 evomuit. Ea re in vulgus sparsa, fere
 communis omnium erat opinio, quod
 jactabundus hic Præco, eo quod indigna
 laude festivum Lutheri diem in loco o-
 lim sacro celebrare statuisset, ex inspe-
 rato Divinam Nemesein hujus sacrilege
 temeritatis ultricem expertus fuerit.
 IX. Christophorus Elderfield tractatum
 vulgavit de regeneratione & Baptismo
 præter aliud opus de jure decimarum
 civili.

§. XLV.

*Epistola Mechliniensis Archiepiscopi
 ad Cardinales Inquisitionis
 Romane.*

*Argentre
 Coll. Jud. de
 nov. error.
 t. 3. p. 268.*

Jam anno priori memoravimus, quod
 Jacobi de Boonen Mechliniensis Ar-
 chiepiscopi jussu & auctoritate quædam
 nimis laxæ doctrinæ Theologicæ fue-
 rint